

ΑΝΩΝΥΜΟΥ

[ARRIANOU, ΩΣ ΦΕΡΕΤΑΙ]

ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ

ΤΗΣ ΕΡΥΘΡΑΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ.

ANONYMI

[ARRIANI, UT FERTUR]

PERIPLUS

MARIS ERYTHRÆI.

Ἐἰς τῶν ἀποδοειγμένων ὄρων τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης καὶ τῶν περὶ αὐτὴν ἐμπορίων πρῶτος ἐστὶ λιμὴν τῆς Αἰγύπτου Μυῶς ὄρος. Μετὰ δὲ αὐτὸν εἰσπλεόντων ἀπὸ χιλίων ἀκτακασίων σταδίων ἐν δεξιᾷ ἢ Βερνίκῃ. Ἄμφοτέρων [δὲ] οἱ λιμένες ἐν τῷ ἑσχατῷ τῆς Αἰγύπτου κόλποι τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης κείνται.

Inter navium stationes maris Erythræi et adjacentia ei emporia quæ lege et usu recepta sunt, primus est Ægypti portus Myoshormus. Ab eo inare innavigantibus post mille et octingenta stadia a dextris Berenice occurrit. Uterque portus in extrema Ægypto situs, sinus maris Erythræi.

Codex libelli unus exstat Heidelbergensis. Hunc post Gelenium unus usurpavit Bernhardus, qui excerptas ex eo lectiones notabiliores edidit in *Analectis in Geographos minores* (Halis 1850) p. 22 sqq. || — Ἀρριανοῦ, ὡς φέρεται.] In codice Arriano liber vindicatur. Quod auctoris nomen ex periplo Arriano Ponti Euxini, qui ante nostrum opusculum in codice legitur, temere huc translatum est.

§ 1. τῶν ἀποδοειγμένων.] Cf. § 32 : ὄρος ἀποδοειγμένος τοῦ Σαγαλίτου λιβάου. Eodem sensu alibi habes ἐμπόρια νόμιμα (§ 4 et 21), ἐπιστημότερα (§ 60), quibus opponuntur ἐμπόρια τοπικά et loca quæ quum proprie non sint emporia, tamen τὰς ἐν τῶν ἐμπορίων (ut Leucecome § 19) tenent. || — χιλίων ἀκτακασίων.] Distantia hæc ducit ad hodiernum *Cosseir*. At fuisse ibi celeberrimum Myoshormi emporium jure dubitabis, sive *Cosseir* portus indolem spectes, sive veterum de Myoshormo testimonia, quæ vide in not. ad Agatharch. § 82. Aut magis boream versus Myoshormus collocandus prope *Ras Abou-Somer*, aut magis meridiem versus in eo fere loco ubi nunc est *Schauna* portus. Hæc fuisse videtur sententia Agatharchidis, Artemidori, Diodori, Strabonis. Eodem facit quod Noster et Myoshormum et Berenice ἐν ἑσχατῷ τῆς Αἰγύπτου collocat. Fortasse igitur pro *αὐ* auctor scripserat *α* (1000). Quamquam de his caute statuendum est, partim quod navigatio in eo tractu periculosa trahatur, partim quod aliis Peripli locis stadiorum numeri veram oræ longitudinem longe excedant. Sic in sqq. a Ptolemaide ad Adulim 3000 stadia computantur, quum vix sint 2400. || — Βερνίκῃ.] Nominis forma plebeia, quæ in Polybium quidem (V, 58, 11) a librariis illata fuerit, at non mutanda est apud senioris ævi scriptores, ubi codicum consensu comprobatur, ut apud Chrysostom. vol. II, p. 634, Procop. De ædif. VI, 2, Lucan. Act. apost. 25, 23, Appian. Mithrid. c. 4, etc. Pertinet huc etiam gentile Βερνεκιδῶν ap. Βακχί in C. Inscr. I, p. 498. Plura v. ap. Dindorfium in Steph. GEOGR. I.

Thes. v. Βερνίκῃ. De Berenice nostra, quam Troglodytes nomine a Berenice Panchryso et Berenice Epidires distinguit Plinius, Artemidorus recte ἐν βάθει τοῦ Ἀγαθάρτου κόλπου sitam dicit, mathematici in eadem cum Syene latitudine collocarunt, Ptolemæus Philadelphus cum Copto via junxit, vid. Strabo p. 133. 769. 815, Plinius II, 75. VI, 34, Mela III, 8, Ptolemæus IV, 5. VIII, 15, Itin. Ant. p. 173, Tab. Peutling., Geogr. Rav. II, 7, Agathem. II, 5, Steph. Byz. s. v., Epiphan. Hæres. LXVI, 1. Ruinas primus descripsit Wellstedius *Travels in Arabia* t. II, p. 333 sqq. Sita urbs 23° 55' lat. (23° 50' sec. Ptolemæum). Rudera nunc fere latent sub arenarum cumulis; præ ceteris adhuc conspicuum in media urbe templum Ægyptium; circumjacent domus 1000-1500 numero; viæ anguste rectis secantur angulis. Inscriptionem Wellstedius reperit unam :

ὑπὲρ βασιλείας...
καὶ βασιλείας...
Κλεοπάτρας...
θεο...
τε...

Ceterum ne penitus omnia scrutaretur Wellstedius, temporum angustiis prohibebatur. Ubertiora mox dabit doctissimus Libycæ oræ explorator Barthius. Portum Wellstedius p. 343 dicit « a capacious and well-sheltered harbour, which no other locality on this coast, from latitude 23° to 24° possesses. » Quod Strabo p. 815 refert Berenice ἀλιμενον esse et quæ his subiungit, minus accurata sunt. Attamen accessus ad portum per sinum Immundum difficilis erat, eamque ob causam postea mercatores, vitata Berenice, Myoshormum potius petere cœperant. || — ἄμφοτέρων δὲ.] Voc. δὲ codex non h. l., sed post v. κόλποι habet. || — κείνται.] κείσθαι verbum interdum etiam de sinibus fluviisque usurpatur. Perperam hunc locum interpretatur Schwanbeck in *Rhein. Museum* 1851, p. 484.

in Geographi Græci Minori

ed. Carolus Muller

vol. I

Paris 1855 pp. cxi, 576

ρευται ἐν τῷ ἀνέβησαν. Ἴχει δὲ τὸ ἐμπόριον χελώνην ἀλγθινὴν καὶ χερσαίαν ὀλίγην καὶ λευκὴν μικροτέραν τοῖς ὀστράκοις; εὐρίσκειται δὲ ἐν αὐτῇ ποτὲ μὲν ἑλέφας ὀλίγος, ἄλλοις τῶν Ἀδουλιτικῶν. Ὁ δὲ τόπος ἀλίμενος καὶ σκάφαις μόνον τὴν ἀποδρομὴν ἔχων.

4. Μετὰ δὲ τὴν Πτολεμαίδα τὴν τῶν θηρῶν ἀπὸ σταδίων ὡς τριεξήκων ἐμπόριόν ἐστι νόμιμον ἢ Ἀδουλι, κείμενον ἐν κόλπῳ βαθεῖ κατ' αὐτὸν τὸν νότον, οὗ πρόκειται νῆσος Ὀρεινὴ λεγομένη, τοῦ μὲν ἐσωτάτου 10 κόλπου σταδίου ὡς εἰς πέλαγος ἀπέχουσα διακοσμοῦς,

tur. Habet emporium testudinem genuinam et terrestrem paucam, et albam minoribus præditam testis. Ibidem quandoque paululum eboris, Adulitico similis, reperitur. Ceterum locus caret portu, ac scaphis tantum præbet aditum (ἐπίδρομῆν).

4. Post Ptolemaidem Venationum ter mille circiter stadiorum intervallo Aduli emporium legitimum occurrit in sinu profundo versus austrum. Ante id insula jacet Orine seu Montosa dicta, quæ ab intimo sinu versus altum ducentis fere stadiis distans, ad utrum-

ἀπ' ἧς οἱ ἐπὶ Πτολεμαίων τῶ βασιλεῖ θηρευθέντες ἐνέβησαν vel ἔβησαν. Ceterum pro θηρευθέντες possis etiam θηρέοντες vel θηρεύσαντες. || — 2. ἀλγθινὴν ἢ | Cf. § 30: χελώνην τὴν τε ἀλγθινὴν καὶ χερσαίαν καὶ τὴν λευκὴν, κτλ. Veram igitur et genuinam et quasi κατ' ἐξοχὴν testudinem dicit τὴν θαλασσίαν. Schwanbeck. p. 498 inauditum vocabulum excudens ἀλγθινὸν (quasi ἄλγαν) scribi voluit. || — 4. Ἀδουλιτικῶν] ἀοῖδοτικῶν cod.; em. Hudson. || — 5. ἀποδρομῆν] Malim cum Stuckio ἐπίδρομῆν.

§ 4, l. 7. ἢ Ἀδουλι] ἢ Ἀδουλι codex ubique. Forma nominis plebeia, sicut supra Βερνίκη. Vulgo Ἀδουλις (Procop. B. P. I, 19; Nonnosus ap. Phot. cod. 3; Palladius ap. Pseudocallisth. III, 7 p. 102; Steph. Byz. s. v.). Apud Ptolemæum IV, 7 et Cosmam Indopl. p. 140 vocatur Ἀδουλή. Quod ne in Periplum inferas, admonet accentus in ultima. Formam in i desinens reperit etiam Stephanus B.: Ἀδουλις, πόλις Αἰθιοπῶν· οἱ δὲ Πανδὸς νῆσον αὐτὴν καλοῦσιν· καὶ τὰ μὲν βιβλία Ἀδουλι δὶγα τοῦ σ· σφάλμα δὲ ἐστὶ Ἀδουλις γὰρ ὀφείλει, ὡς Ἡρωδιανός. Cf. Arcadius de acc. p. 31, 24: Τὰ εἰς λῖς παρόνομα τῶν ἢ διφθόγγων παραληγόμενα ὀφύονται, Πατωλῆς, Ἀτωλῆς, Ἰουλις τὸ δ' Ἀδουλις (ἐγουλις cod.; em. Meineke) προπαροφύονται. In Geogr. Rav. V, 18 Adulis abiisse videtur in Otelum. Plinius VI, 34 ita habet: *Oppidum Adulitum; Ægyptiorum hoc servi profugi a dominis condidere. Maximum hic emporium Troglodytarum, etiam Æthiopum; abest a Ptolemaide Vtdierum navigatione.* Artemidorus ap. Strabon. p. 770 Adulin non videtur novisse, quum non nisi Τήνεσιν regionem hujus tractus mediterranean, quam fugitivi Ægyptii inde a Psammetichii temporibus obtinuerint, commemoret. Quamquam monumentum Adulitanum (nisi aliunde huc translatum velis) indicio sit locum jam sub Ptolemæo III occupatum fuisse a duce quodam regio, cui Diodori nomen fuisse e Peripli verbis suspicari licet. De Diodoro Samio, cujus tertium librum Ptolemæus I, 7 citat, cogitavit Vincentus. Droysenius *Hellen.* II, p. 740. Adulin putat fortasse non diversam esse a Berenice Panchryso, cujus mentionem Plinius in *Jubæ* libris desideravit. Hac dubia; certum est dictum emporium esse ab Aduli gente, *Danakil* pastorum parte, quæ etiam nunc circa *Annesley-Baie* in *Desset* et *Dahalac* nec non in *Hauakil* insulis degit, præter paucos numero qui magis meridie versus prope *Ait* locum occurrunt. Quoad situm emporii, aliis, ut Vincento (II, p. 104), Adulis est hod. *Arkiko*, cui quum duo insulæ adjacent, alteram harum, in qua nunc *Mas-*

sava urbs, Diodori insulam habent, Ὀρεινὴν vero Peripli in hod. *Dahalac* agnoscunt. Alii Ptolemæi tabulis innitentes Adulin quaerunt in hod. *Bailul*, ut *Mannertus* X, 1 p. 54. Gosselinus denique partim ludens, partim non intellecta peripli verba male interpretans, tria emporia, quibus Adulis nomen fuerit, distinctit; prima harum nunc *Arkiko*, altera *Assab*, tertia extra fauces sinus detrusa, hod. *Tapiura*. Sed hæc missa faciamus. Plinius autem a Ptolemaide ad Adulin computat navigationem dierum quinque, quæ ex vulgari calculo foret stadiorum 2000. In periplo minus accurate numerantur stadia 3000 usque ad intimum sinum Aduliticum; nam inde ab eo loco, cui Ptolemaidem assignandum vidimus, usque ad recessum sinus qui nunc vocatur *Annesley-Baie*, oræ longitudo in mappa Berghausiana est stadiorum circiter 2400. In hunc vero recessum relegendam esse Adulin, inde liquet quod octingentis ab Aduli stadiis ad alius sinus introitum reperiri dicitur (§ 5) ὁ δὲ μανδὸς λιθὸς ἐν ἐκείνῃ μόνῃ τοπικῶς γενώμενος; nam ducit hæc mensura in *Hauakil Baie*, ubi reapse opsianum lapidem reperit Sallius. Porro in intimo *Annesley* sinu exstat *Zulla* sive *Thulla* vicus, a quo non ita longe occasum versus veteris urbis exstare ruinas *Azoole* dictas, ex indigenis acceperunt *Valentia* et *Saltius*, adeo ut Adulitum emporii hæc esse rudera dubium esse vix queat. Cf. Ritter I, p. 239. In mappa Moresbyana ruinae notantur in sinus parte interiore quidem, non tamen intima. Quæ num ad nos pertineant, nec ne, dicere non habeo; putaverim tamen. Ceterum sinus Aduliticus, in 200 fere stadiorum longitudinem versus boream patens, altis jugis includitur utrinque; latus orientale, in quo *Hurthu* mons, chersonesum efficit, quam Ptolemæus IV, 7, non in suo tamen loco ponens, vocat Ὀρεινὴν χερσονήσον. Adjacet ei in ipso præne sinus ostio insula, ab recessu 150 fere (200 sec. Periplum) stadia distans, quam nunc *Desset* vel *Valentia* vocant, Noster autem Ὀρεινὴν appellat, cognominem faciens chersoneso, quam ipsam quoque paullo post indicat verbis: κατ' αὐτὴν τὴν ἐν τῇ Ὀρεινῇ ἤπειρον, sive vertendum putes ad ipsam *Orinae insulæ vicinam continentem*, sive ad ipsam *Chersonesi Orinae continentem*. In Geogr. Ravenn. V, 18 ad hunc tractum pertinet insula, quam auctor barbarus *Proasprum* vocat, ego suspicor nostram esse τὴν πρὸ Ὀρεινῆς (χερσονήσου). || — 10. ἀπέχουσα] Sic scripsi pro ἔχουσα codicis. Eodem vitio § 37 ἔχουσα pro ἀπέχουσα et § 51 ἔχουσα pro ἀπέχουσα. Cf. Bernhardt l. l. p. 22. Fabricius, qui mappas geographicas inspicere non potuit aut noluit, locum

ἐξ ἀμφοτέρων [δὲ] τῶν μερῶν παρακρημένην ἔχουσα τὴν ἤπειρον, ἐν ἣ νῦν ὀρμει τὰ καταγόμενα πλοῖα διὰ τὰς ἐκ τῆς γῆς καταδρομάς. Πρῶτον μὲν γὰρ ὄρμει κατ' αὐτὸν τὸν ἐπιτάκτον κόλπον ἐν τῇ Διοδώρου λεγομένη νήσῳ παρ' αὐτὴν τὴν ἤπειρον, ἐχούση περὶ τὴν διάβασιν, δι' ἧς οἱ κατοικοῦντες βάρβαροι κατέτρεχον τὴν νῆσον. Καὶ κατ' αὐτὴν τὴν ἐν τῇ Ὀρεινῇ ἤπειρον ἀπὸ σταδίων εἴκοσι τῆς θαλάσσης ἐστὶν ἡ Ἄδουλι, κώμη σύμμετρος, ἀφ' ἧς εἰς μὲν Κολόνην μεσόγειον πόλιν καὶ πρῶτον ἐμπορίον τοῦ ἐλεφαντος, ὁδὸς ἐστὶν ἡμερῶν τριῶν. Ἀπὸ δὲ ταύτης εἰς αὐτὴν τὴν μετρόπολιν τῶν Ἀὔξωμιτῶν λεγομένων ἄλλων ἡμερῶν πέντε, εἰς ἣν ὁ πᾶς ἐλέφας ἀπὸ τοῦ πέραν τοῦ Νείλου φέρεται διὰ τοῦ λεγομένου Κυηνεῖου, ἐκεῖθεν δὲ εἰς Ἄδουλι. Ἰὸ μὲν οὖν ὅλον πλῆθος τῶν φονευομένων ἐλεφάντων ἢ ῥινοκερῶτων περὶ τοὺς ἀνα νέμεται τόπους, σπανίως δὲ ποτε καὶ ἐν τῇ παρὰ θάλασσαν περὶ αὐτὴν τὴν Ἄδουλι θεωροῦνται. Πρόκεινται δὲ τοῦ ἐμπορίου καὶ

que sui latus prætersam habet terram continentem. Hanc in insulam nunc naves eo devectæ appellunt ob cavendas ex terra incursions. Prius enim ancoras jaciebant ad intimi sinus insulam Diodori dictam, continenti adeo propinquam, ut pedibus præberet transitum, quo utentes accollæ barbari incursabant eam. E regione igitur Orinæ insulæ in continente viginti a mari stadiis sita est Aduli, pagus mediocris, a quo ad Coloem, urbem mediterraneam primumque eboris emporium, via est tridui. Hinc ad ipsam metropolim Auxumitarum iter est aliorum dierum quinque; in hanc omne ebur e regione trans Nilum sita per Cyeneum quem vocant tractum deportatur, hinc vero Adulin. Cuncta scilicet quæ cæditur elephantorum et rhinocerotum multitudo in superioribus degit locis, nonnunquam tamen, raro licet, in maritima etiam regione circa ipsam Adulin conspiciuntur. Projectæ

corrupt hunc in modum : τοῦ μὲν ἐπιτάκτου κόλπου, σταδίων δὲ εἰς τὸ πέλαιος ὡς διακοσίων. || — 4. Διοδώρου λεγομένη νήσῳ] Hæc insula tam prope continenti adjacens ut pedibus in eam barbari transirent, nunc terræ juncta esse videtur; certe nullam ibi insulam notat Moresbyus. Nota est alia Diodori insula (hod. *Perim*) in faucibus hærens sinus Arabici, cujus loco ipse Periplus auctor meminit; nostra autem (quam eum *Perim* insula Fabricius confundit) Diodori nomine alibi non videtur memorari. Stephanus Byz. vel hanc vel Orinen insulam indicat quo loco Adulin a nonnullis dicit vocari Πανὸς νῆσον. Orineum potius dicere voluerit, si conferre liceat Ptolemæum, qui Adulin ponit 12° 40', Ὀρεινὴν χειρόνησον 12°, Πανὸς νῆσον 12° 10'. Idem Ptolemæus in alto quidem, altam in faucibus sinus Arabici longe remotam collocat Diodori insulam 12°, 30', adeo ut in tanta rerum perturbatione nescias quamnam insulam indicare voluerit, nunc nostram, an hod. *Perim*. Hoc tamen probabilissimum. Plinius proxime ante Adulitὸν oppidum habet Daphnidem insulam. || — 8. ἀπὸ σταδίων ἐξήκονσι] Fabricius, note locutionis immemor, hæc mutavit in σταδίων εἴκοσι ἀπὸ τ. 0., et similiter ceteris locis, ubi eodem modo Noster loquitur. De re consentit Procopius B. Pers. I, 19, p. 101 ed. Bonn.: Ὁ μὲν οὖν τῶν Ὀμπεριτῶν ὄρμος, ἐξ οὗ ἀπαίροντες εἰσβάσιν εἰς Αἰθίοπας πλεῖν, Βουλιακὸς ὀνομάζεται. Διαπλεύσαντες δὲ αἰετὸ πέλαιος τοῦτο καθάιρονται εἰς τὴν Ἄδουλιτῶν τὴν λιμένα. Ἄδουλις δὲ ἡ πόλις ἀπὸ τοῦ λιμένος μέτρῳ ἐξήκονσι σταδίων διέγει τοσοῦτον γὰρ διεύρεται τοῦ μὴ ἐπιθαλάσσιον εἶναι πόλειως ὅδ' Ἀξωμιτῶν ὁδὸς ἡμερῶν ὁδὸς α. Cf. Cosmas Indopl. p. 140: Ἐν τῇ Ἄδουλι τῇ καλουμένη τῶν Αἰθίοπων πόλει παραλίῳ τυγχάνουσι ὡς ἀπὸ μιλίων ὀσόν, λιμένι ὑπαρχούσῃ τοῦ Ἀξωμιτῶν ἔθνους, ἐνθα καὶ τὴν ἐμπορίαν ποιούμεθα, οἷον ἀπ' Ἀλεξανδρείας καὶ ἀπὸ Ἐλεῖ ἐμπορευόμενοι, δέξρον ἐστὶ κίλμενος ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς πόλειως κατὰ τὸ ὀπιτικὸν μέρος προσέχον ἐπὶ τὴν ὁδὸν Ἀξωμιτῶν κελ. || — 9. εἰς Κολόνην] Coloe in ea fere regione fuisse debet ubi nunc est *Dixan* urbs ad montium

tractum quo *Sahamârte* a *Tigre* regno determinatur. Nec longe a *Dixan* urbe locus est *Calai* dictus. Κολόνη urbs Ptolemæi (4° 15'), si recte latitudo ejus notata, ad nos non magis pertineret quam Κολὴ λίμνη (*Tzana lac.*), quam sub Ἰσημερινῷ collocat. || — 12. τῶν Ἀὔξωμιτῶν λεγομένων... εἰς ἣν] τὸν Ἀὔξωμιτῶν λεγόμενον... εἰς ὃν codex. || — ἡμερῶν πέντε] Igitur Adulide Auxomin iter est dierum octo. Via autem a Coloe ea fere erat quæ nunc a *Dixan* ad *Axum* ducit. Itaque longitudo itineris usque ad Adulin erat 1200 circiter stadiorum per regionem montosissimam, adeo ut ultra 150 stadia in diem non sint computanda. Sic iter efficitur octo dierum. Minus accurate Procopius l. l. duodecim dicit, quindecim Nonnosus apud Phot. cod. 3 (Fr. Hist. t. IV, p. 180): Διεστηκέναι φησὶ τὴν Ἄδουλι τῆς Αὔξωμιτῶν ἡμερῶν... Κεῖται δὲ ἡ Ἄδη (hod. *Saive*) ἐν μέσῳ τῆς τε Αὔξωμιτῶν καὶ τῆς τῶν Ἀδουλιτῶν πόλειως. || — 14. Κωνεῖτον] Regio quæ ab Auxumi versus occasum sita est, nomine *Kolla-Mazaga* nunc comprehendi solet. Proxime Auxumidi adjacet *Shire* vel *Sire* provincia, quam Vincentus a *Sirio* cane, *Kuhyefon* vero a *xuon* dictam esse opinatur. Tale quid putanti certe *Kuhyefon* mutandum foret in *Kuhyefon*. || — 16. ἢ] malim καὶ. || — 18. θεωροῦνται] Nonnosus l. l. circa Auen vidit ἐλεφάντων πλῆθος οὐκ ὀλίγον, ἀλλὰ σχεδὸν ὡς χιλιάδων πέντε ἐνέμοντο δὲ οὗτοι οἱ ἐλεφάντες ἐν πεδίῳ μεγάλῳ, καὶ πελάζειν αὐτοὺς οὐδενὶ τῶν ἐγγυρίων ἦν εὐκολον οὐδὲ εἰργεν τῆς νομῆς. || — προκείνται τοῦ ἐμπορίου] Minus accurate hoc dictum pro πρόκεινται τοῦ κόλπου τοῦ ἐμπορίου. Intellige insulas quæ nunc vocantur *archipel de Dahalac*. Plinius post Adulitὸν oppidi mentionem pergit: *Supra Æthiopes Arotetes* (hod. *Azote* tribus in Ὀρεινῇ χειρόνησῳ, unde Græci fecerunt Ἀροτῆρες); *insulæ quæ Aliu* (*Aliu, Eleu, Elwa* var. lect.; ἄλατατο περιπλ.) *vocantur, item Bacchias et Antibacchias* (Βάχχου καὶ Ἀντιβάχχου Ptol.) *et Stratioton* (Στράτιωνος νῆσος Artemidor.; *Ypostrate* Geogr. Rav. V, 18). *Hinc in ora sinus incognitus* (*Hauakil Baie* hodie, de

γομένη μοναχῆ, καὶ σαγματογῆναι καὶ περιζώματα καὶ καυνάκα καὶ μολόχινα καὶ σινδόνες ὀλίγα καὶ λάκκος χρωμάτινος. Φέρεται δὲ ἀπὸ τῶν τόπων ἐλέφας καὶ χελώνη καὶ βινόκερος. Τὰ δὲ πλείστα ἐκ τῆς Αἰγύπτου φέρεται εἰς τὸ ἐμπόριον τοῦτο ἀπὸ μηνὸς Ἰανουαρίου μέχρι τοῦ Σεπτεμβρίου, ὅ ἐστιν ἀπὸ Ἰυβί ζωῦ Θωθῆ· εὐκαίρως δὲ ἀπὸ Αἰγύπτου ἀνάγονται περὶ τὸν Σεπτέμβριον μῆνα.

7. Ἦδη [δὲ] ἐπ' ἀνατολὴν ὁ Ἀραβικὸς κόλπος διατείνεται κατὰ τὸν Αὐαλίτην μάλιστα στενωῦται. Μετὰ δὲ σταδίου ὧσε τετρακισχίλιους, κατὰ τὴν αὐτὴν ἡπειρον εἰς ἀνατολὴν πλεόντων, ἐστὶν ἄλλα ἐμπόρια Βαρβαρικά, τὰ πέραν λεγόμενα, κείμενα μὲν κατὰ τὸ ἐξῆς ἀγκυροβολίαις δὲ καὶ σάλοις ἔχοντα τοὺς ἄλλους κατὰ 15 καίρους ἐπιτηδείους. Πρῶτος μὲν ὁ λεγόμενος Αὐαλίτης, καθ' ὃν καὶ στενωτάτος ἐστὶν ἀπὸ τῆς Ἀραβικῆς

othonium Indicum, tum latius quod monache appellatur, tum sagmatogene, porro cingulae, caunacæ, molochina, sindones paucæ, laecus coloreus. Exportatur autem ex his locis ebur et rhinoceros. Pleraque ex Ægypto in emporium illud deferuntur inde a Januario mense usque ad Septembrem, id est a Tybi usque ad Thoth; opportuno autem tempore ex Ægypto devehuntur circa mensem Septembrem.

7. Inde jam versus ortum sinus Arabicus tendit, et ad Aualitem maxime in angustum contrahitur. Post quater mille circiter stadia juxta eandem continentem navigantibus alia occurrunt emporia Barbarica, transfretana dicta, quæ ex ordine unum post alterum sita stationes habent ad ancoras jaciendas sistendasque in salo naves certis temporibus idoneas. Primus est Aualites tractus, ubi brevissimus est ex Arabia in oram

κόν] Eo nomine quum Græci mercatores lina xylina sive e gossypio arboreo texta designarent, hinc derivare vocem *σι-λον* (i. e. *mousselines*), quæ apud nos abierit in *cotton*, censet Ritter X, p. 1061. || — 1. ἡ λέγουσιν. μοναχῆ καὶ σαγματογῆναι. Cf. § 14: καὶ δρόνιον, ἣ τε μοναχῆ καὶ ἡ σαγματογῆνη. Unde h. l. reponendum mihi videtur: δρόνιον Ἰνδικόν, τό [τε] πλατύτερον, ἡ λέγ. μοναχῆ, καὶ [ἡ] σαγματογῆνη. Priore nomine ipsum illud δρόνιον τὸ πλατύτερον vocabatur, alterum Vincentus II, p. 749 refert ad gossypium inferioris notæ, quo utebantur ad faciendas culcitras et elitellas, laudato Strabone XV, p. 693: ἐκ τοῦτου (e gossypio) δὲ Νέαρχος φησὶ τὰς εὐητρύους ὑφαίνεσθαι σινδόνας· τοὺς δὲ Μακεδόνες ἀνεὶ κναφάλων αὐτοῖς χρῆσθαι, καὶ τοὺς σάγμασι σάγη. Etiam nunc in *Sumatra* et *Ceylon* pro tomento gossypium usurpari. Et hæc quidem probabilia sunt, quamquam ipsius vocabuli ratio non dum satis apparet. Quod Vincentus proponit leg. esse *σαγματογῆνη* (sic), « the Sort of cotton used for stuffing », nihil est. Idem vocem *μοναχῆ* vertendum opinatur *particularly fine*. Salmasius, l. l. p. 824 hæc habet farraginem: « Per *μοναχῆν* δρόνιον intelligo singularem ex lino vestem vel tunicam. Jurisconsultus *singulares* tunicas vocat, quæ in *synthesin* compositæ non essent... At igitur hoc loco *μοναχῆ* δρόνιον opponitur τῇ *σαγματογῆνη*? Quam vocem corruptam ajo pro *σαγματογῆνη*. Nam *πῆνος* est *ὑρασμα* græce. An ita vocat *lincea*, ex quibus *sagmata* et *stragula* fierent, sive *culcitæ*? Sic ex Cadurensi lino *culcitæ* fiebant, teste Plinio. *Σαγματογῆνη* hic etiam capi potest pro *stragula* veste, a qua *μοναχῆν* distinguit, quæ ad singulos homines velandos facta esset. An vero *σαγματογῆνη* non in vestes singulares ac varias confectum, sed in sarcina corpus ipsum *linceæ* sic relictum, quod pluribus vestibus conficiendis sufficeret? *Peciam lincea* vulgo appellant... Sed *σαγματογῆναι* et *σαγματογῆνη* ubique legitur. Omnino scribendum *σαγματογῆνη* (!). Ita vocat δρόνιον ἐξ οὗ τὰ σάγματα γίνονται, ex qua stramenta fiunt. Mentio *στρωματοδῆμου* λίνου ap. Xenophontem. Auctor *Periplus* τὸ γυθαῖον δρόνιον, ut illi (§ 48. 49), vocavit, cui opponit *μοναχῆν* δρόνιον, singulare et eximium *linceum* ex quo tunicæ et *linceæ*

fiebant. » Mirum etiam quod Meursius scrib. conjecit: *σαγματογῶνη*, interpretans: *pellicea vestis*. || — 2. μολόχινα] Eadem memorantur § 48. 49; sunt tela e gossypio facta, quæ a malvarum colore vel etiam floribus sic appellabantur. || — σινδόνες] Hæc primitivo vocabuli sensu sunt *Indiennes*, quas nunc vocamus. || — 3. λάκκος χρ.] Non ipsam laecam (λακκάν. v. Ducango et Steph. Thes. s. v.), sed vestes coloreas lacca tinctas intelligi vult Salmasius l. l. p. 816. 810. De purpura quæ exprimitur ex insecto *cocco lacca* (apud Sinesos appellatur *Krañg*), v. Ritter IV, p. 328. 931. 1111. VI, p. 513. X, p. 458. Lassen *Ind. Alterth.* I, p. 316. || — 4. χελώνη] De testudinibus sinus Arabici v. Ruppel *Reise in Abyss.* p. 187. Ritter. XII, p. 174. 177. 669. 1024. || — 6. ἀπὸ Ἰανουαρίου καὶ τ.] Per illud tempus boreas sinum Arabicum perflat.

§ 7, l. 10. Αὐαλίτην] Αὐαλίτην cod., et mox Αὐαλίτης. || — 11. τετρακισχιλίουσ] Hæc 4000 stadia pertinent ab Aduli usque ad oræ Barbaricæ emporia, quorum primum est Aualites in sinu cognomine. Perperam Mannert. X, 1, p. 64 et Vincentus II, p. 124 longitudinem oræ Barbaricæ indicari censuerunt. || — 13. τὰ πέραν] *τάραρα* cod. errore manifesto; em. editt. || — κείμενα μὲν κατὰ] In his turbatum aliquid suspicor. Scriptum fuerit in hanc sententiam: κείμενα κατὰ τὸ ἐξῆς, ἀκείμενα μὲν, ἀγκυροβολίαις δὲ κατὰ. || — 15. πρῶτος... ὁ λέγ. Αὐαλίτης] *αὐαλίτης* cod. et mox iterum. Supplendum ex seqq. τόπος, quum emporium Aualites in seqq. demum memoratur. Eundem tractum iude a faucibus sinus Arabici usque ad Elephantem montem et quæ sequuntur deinceps usque ad Noti Ceras ex Artemidoro describit Strabo p. 773, qui nulla ibi novit emporia et ex nominibus locorum, quæ ap. Mōstrum leguntur, unum habet *Δαρνοντα* λυμένα. Contra vero alia multa præbet, quæ quum ad mercaturam nihil facerent, in *Periplus* nostro non memorantur, ac luculenter probant regionem istam ob elephantorum maxime venationem Ptolemæis expetitam multo accuratius cognitam fuisse quam nobis erat ante paucos abhinc annos. Ptolemæus IV, 7 p. 300 eandem fere quam Noster nomi-

αὐτὴν τὴν δῶσιν εἰτενηδιωμ * Μενουθιάς ἀπαντᾷ νῆσος ἀπὸ σταδίων τῆς γῆς ὡσεὶ τριακοσίων, ταπεινὴ καὶ κατὰ δένδρον, ἐν ἧ καὶ ποταμοὶ καὶ ὄρνέων γένη πλείστα καὶ χελώνη ὄρεινῆ. Θηρίων δὲ οὐδὲν ὄλιως ἔχει πλὴν κροκοδείλων· οὐδένα δὲ ἀνθρώπων ἀδικούσιν. * Ἔστι δὲ ἐν αὐτῇ πλοιάρια βραπτά καὶ μονόξυλα, οἷς χρῶνται πρὸς ἄλιαν καὶ ἄγραν χελώνης. * Ἐν δὲ ταύτῃ τῇ νήσῳ καὶ γυργάλοισι αὐτὰς ἰδίως λινεύουσιν, ἀντὶ δικτύων καθιέντας αὐτοὺς περὶ τὰ στόματα τῶν προρράχων.

10 10. Ἀπ' ἧς μετὰ δύο δρόμους τῆς ἡπείρου τὸ τελευταῖον τῆς Ἀζανίας ἐμπορίον κεῖται, τὰ Ραπτά

versus occasum solis porrecta (δῶσιν ἐκτείνουσα ἤλου ἦ?) Menuthias occurrit insula stadiis a terra distans circiter trecentis, humilis et arboribus virens, in qua etiam fluvii sunt aviumque genera plurima et testudo montana. Feras omnino nullas habet praeter crocodilos, sed neminem istos ledentes. Sunt in ea naviculae consutae et unilignae, quibus utuntur ad piscatum capturamque testudinis. Venantur eas in hac insula etiam modo peculiari, sportis scilicet vimineis, quas retium loco ad ostia proximarum litori rupium cavernosarum demittunt.

16. Hinc post bidui cursum continentis Azaniae ultimum jacet emporium, quod Rhapta vocant, deno-

τοῦ λιθῆς τῆς χώρας ὑποχωρούσης, ut solet alibi. || — εἰτε νηδιωμμενουθίας] Sic codex. In postremis latere constat Μενουθιάς, quod in Μενουθεσίας abiit, ut Θεσπία in Θεσπεσία corruptum est ap. Scylacem p. 47 et Dionysium p. 241. Quid pro εἰτενηδιωμ reponendum sit, minus liquet. Quum verba πρὸς αὐτὴν τὴν δῶσιν non nisi ad situm insulae pertinere possint (nisi forte plura excidisse staturis), Burneyus ap. Vincent. II, p. 560 conjecit : πρὸς α. τ. δῶσιν διατείνουσα ἢ M. Hasæus in Bibl. Bremensi VI, 1, p. 189, suffragante Fabricio, voluit ἐκτενομένη ἢ M., quod alienum foret ab usu scriptoris, qui ubique activam ejus verbi formam adhibet; debebat Hasæus, ἐκτείνουσα vel κειμένη vel etiam ἐκκειμένη. Sed longius hæc a traditis literis recedunt. Fortasse refingendum : πρὸς αὐτὴν τὴν δῶσιν ἐκτείνουσα] ἤλου. Salmasius in Exerce. Plin. p. 878 affert nescio cuiusnam conjecturam : παρ' αὐτὴν τὴν δῶσιν εἰτε νότον Μεν.; ipse proponit : παρ' αὐτὸ τὸ Πράσον ἄκρον εἰς ἔω Μεν.; H. Jacobius : παρ' αὐτὴν τὴν νότον Μεν.; Vincentius : παρ' αὐτὴν ἡδὴ νησίων Μεν. Quæ omnia vel inepta sunt vel sensu prorsus carent. Ceterum quum Menuthias non nisi ad hod. vel Pemba vel Zanguebar referri possit, quarum neutra ab ortu occasum versus extenditur, parum accurate situm insulae auctor indicavit. Idem ei accidit de Taprobane insula, de qua § 61 : ἐκκεῖται πρὸς αὐτὴν τὴν δῶσιν νῆσος λεγομένη Παλαισιμούνδου κτλ. Neque hanc neque illam Noster adiit; neque quidquam in remotissimarum regionum descriptione premendum est. — Menuthias a Pyralais distare dicitur δύο δρόμους νυχθημέρους, qui efficerent ex vulgari computo cursum stadiorum 2000. Pemba insula a Pyralais abest stadiis 1800, Zanguebar circa stad. 2300. Itaque quattuordecim navigatio ad utramque referri possit, prouti unius diei cursus longitudinem vel auxeris paullulum vel minueris. Humilis est insula utraque; Zanguebar stadiis fere 200, Pemba 300 stad. a continente distat, adeo ut Pemba potius indicari putes; at hæc insula non habet fluvios, quos in altera longe majore deprehendimus. Quare Menuthiadem in hod. Zanguebar quaerendam esse censeo, dubitans tamen an non duarum istarum insularum memoriam male Noster confaverit. Certe nautæ, qui Zanguebar noverunt, nequibant ignorare Pembam. Memorant Menuthiadem præter Stephanum Byz. Ptolemæus IV, 8 et VII, 2, qui insulam ponit 85° long., 13° 30' lat. austr., Prasum vero promontorium 80° long., 13° 30' lat.; in quibus nullius momenti est quod insula longissime a continente remouetur; nam

nemo nescit Ptolemæum insulas terræ proximas ut plurimum in altum eicere. Nec ignorasse hoc videtur Marcianus, Ptolemæi pedissequus qui (p. 21 ed. Miller) Menuthiadem dicit νῆσον οὐ πόρρω τοῦ Πράσου ἀκρωτηρίου τυγχάνουσαν. Itaque dicere licet insulam apud Ptolemæum cum Praso, apud Nostrum cum Rhapto promontorio componi; hoc Nostro, illud Ptolemæo in Africæ ora orientali est ultimum, a Rhapto, si tabulis credas, septem graduum intervallo dissitum. Quid igitur? An aliam Ptolemæus insulam Menuthiadis nomine indicat? Minime credas. An alium in locum eam transposuit? Ne hoc quidem sic dicendum esse puto. Potius Rhaptum promontorium non suo posuit loco, et post id sinum collocat, ejus rationes commentitiae sunt ex diversorum periplorum, ut videtur, narrationibus nautarumque fabulis male mixtis confatæ. Quæ fusius exponere longum est et ab hoc loco alienum. || — 3. ὄρνέων γένη πλείστα]. Omnes hujus tractus insulae avibus abundat; sic Monfa insulam (quam nonnulli Menuthiadem esse ob nominis similitudinem aliquam putarunt) fere integram ab avibus occupatam, earumque stercore cooperatam esse recentiores viatores monent. || — 5. κροκοδείλων] De hoc licet dubitare. Fortasse lacertas prægrandes intelligendas esse Vincentus suspicatur. || — 6. πλοιάρια βραπτά καὶ μονόξυλα] Navicularum fundus uno constat trunco, cui tabulae lignæ superstruuntur non clavis compactæ, sed funibus e fibris palmarum textis constrictæ. Portugalli, quum in has regiones penetrarunt, mirantes istud navigiorum genus primum offenderunt ad Mozambique, maxime vero ad Quilba (V. Vincent II, p. 169 sq.). Arabes quoque similibus navigiis etiam nunc utuntur (V. Ritter XII, p. 178). || — 8. γυργάλοισι κτλ.] Eandem piscandi rationem viderunt Portugalli, et inter recentiores peregrinatores Saltius ad Mozambique observavit. || — 9. προρράχων] προρράχων codex; malim προρραχίων.

§ 16. ἐμπορίον τὰ Ραπτά] Ptolemæus IV, 7 et urben et fluvium et promontorium ejus nominis memorat :

Ραπτοῦ ποταμοῦ ἐκβολαὶ 72° 30' long. 7° lat.

Ραπτὰ μεγάλῃ πόλιν τῆς Βαρδα-

ρίας μικρὸν ἀπὸ θαλάσσης, 71° " — 7° —

Ραπτόν ἄκρον, 73° 50' — 8° 25'.

Nonnulli cum Rhaptorum urbe mediterranea cognovisse videntur Esina emporium maritimum (v. supra not. ad § 15). Rhaptum promontorium ex Periplo rha-

λεγόμενα, ταύτην ἔχον τὴν προσωνημίαν ἀπὸ τῶν προειρημένων βραπτῶν πλοιαρίων, ἐν ᾗ καὶ πλείστοις ἐστὶν ἑλέφας καὶ χελώνη. Μέγιστοι δὲ (ἐν) σώμασι περὶ ταύτην τὴν χώραν ἄνθρωποι δρατοὶ κατοικοῦσι
 5 καὶ κατὰ τόπον ἕκαστος ὁμοίως τιθέμενοι τυράννοι. Νέμεται δὲ αὐτὴν, κατὰ τὴν δίκαιον ἀρχαίον ὑποπίπτουσαν τῇ βασιλείᾳ τῆς πρώτης γινομένης Ἀραβίας, ὁ Μοφαρείτης τυράννος. Παρὰ δὲ τοῦ βασιλέως ὑπό-
 10 φορον αὐτὴν ἔχουσι οἱ ἀπὸ Μούζα, καὶ πέμπουσιν εἰς αὐτὴν ἐφόδια τὰ πλείονα κυβερνήταις καὶ χρειακοῖς Ἀραβὶ χρῆσιμοι τοῖς καὶ συνήθειαν καὶ ἐπιγαμβρίαν ἔχουσι ἑμπείροις τε οὖσι τῶν τόπων καὶ τῆς φωνῆς αὐτῶν.

17. Εἰσφέρεται δὲ εἰς τὰ ἐμπόρια ταῦτα προηγου-
 15 μένως ἢ τοπικῶς ἐν Μούζα κατασκευαζομένη λόγγη καὶ πελύκια καὶ μαχαίρια καὶ ὀπήτια καὶ λιθίας βαλῆς πλείονα γένη, εἰς δὲ τινὰς τόπους οἶνός τε καὶ σίτος οὐκ ὀλίγος, οὐ πρὸς ἐργασίαν ἀλλὰ δαπάνης χάριν εἰς φιλανθρωπίαν τῶν βαρβάρων. Ἐκφέρεται δὲ ἀπὸ

minationem hanc nactum a *rhaptis* sive consutis naviculis, quas paullo ante memoravimus. Ebur in eo plurimum ac testudo est. Maxima corporum stature circa hanc regionem homines *sparsim* (?) habitant, suo singuli loco tyrannorum more agentes. Administrat eam, antiquo quodam jure subjectam regno prima quæ dicitur (λεγομένης) Arabia, Mopharitidis regionis tyrannus. A rege autem tributariam eam tenent Muzæ incolæ, mittuntque hi in eam naves onerarias plerumque gubernatoribus et ministris Arabibus utentes, quibus et consuetudo et affinitas intercedit, atque periti sunt locorum et linguæ indigenarum.

17. Importatur in hæc emporia data opera quæ peculiariter in Muzæ loco conficiuntur lanceæ et securæ et cultri et subulæ et lapidis vitrei genera plura, porro in nonnulla loca vinum et frumentum haud paucum, at non mercandi sed muneris causa ad conciliandam barbarorum benevolentiam. Exportatur

tionibus illud esse debet, quod sinum, in quo Zanguebar sive Zenzibar ins. sita est, a meridie claudit, hod. *Moinano-Kolon* vel *Pointe Pouna*. Ulteriora quum incognita essent, pouc istud promontorium oceanum versus occasum flectere et meridionale Africæ latus incipere ex placito veteris geographiæ statuebant. Rhapta urbs ex Ptolemæi indicio ponere licet ad fluvium, qui a horea promontorii in mare excidit. Quamquam sic nimia est duorum dierum navigatio, quam inde a Menuthiade ad Rhapta esse auctor dicit. Vincentius Rhapta esse putat hod. *Quiloa*, quæ urbs longe ultra promovit, sita est. || — 2. ἐν ᾗ καὶ πλείστοις] καὶ om. editi. || — 3. ἐν σώμασι] ἐν om. editi. Non improbandum esse censet Bernhardyus, laudato suo de syntaxi gr. opere p. 212; insolens tamen est et ab usu Nostri alienum. Deinde Bernhardyus pro περὶ ταύτην legi vult οἱ περὶ τ. || — 4. δρατοὶ] Vocem h. l. ineptam ex dittographia præcedentium literarum θρωποι natam censet Schwanbeck. p. 485. In mentem venit legendum esse: σποράδην κατοικοῦσι, ut supra § 2, nisi forte fuit ἄνθρωποι πειραταί. || — 5. κατὰ τὸ πόν] κατὰ τὸν τόπον codex. || — ἕκαστος ὁμοίως τ. τυράννοις] ἕκαστον ὁμοίως τὸ τυράννον vulgo. « In quibus hæsit mendum ridiculum, quod et dura vocis ἕκαστον structura coarguit et perversa sententia, « singula loca certos suos tyrannos habent », cui repugnat continua narratio de unico tyranno Mopharite. Codex Palatinus ἕκαστος et manu prima τυράννοις, quorum utrumque sensus requirit: *homines vastissimis corporibus et quorum singuli ritu modoque tyrannorum res suas agant.* » BERNHARDY. || — 7. τῆς πρώτης γινομένης] Ἀραβίας] Dodwellus pro γινομένης legi jubet λεγομένης, idque perprobabile est, quamquam certum esse non dixeris, quum explicatio verborum τῆς πρώτης λεγομένης Ἀρ. meris conjecturis relinquatur. De Arabia prima tanquam provincia Romana cogitari voluit Dodwellus, perperam sane. Quodsi enim Festus Rufus dicit regnante Traiano *Syriam et Arabiam pro-*

vincias esse factas, pertinet id ad Arabiæ Petrææ partem, Syriæ proximam, quam Cornelius Palma (105 p. C.) provinciam fecit (Dio Cass. LXVIII, 15). Ipse Trajanus contra Atrenos Arabum tribum, qui Atras (*Al-Hadr*) urbem in Mesopotamia tenebant, pugnavit; Arabiam vero non adiit, nec ullus Romanorum exercitus inde a Galli expeditione in interiores regiones penetravit. Sed hoc ut mittamus, ipse Periplus Dodwelli sententiam refellit; nam quæ de Chokebo Mapharitidis tyranno et Charibaele rege legitimo narrat, in provinciam Romanam minime quadrant. Vincentius II, p. 170, τὴν πρώτην Ἀραβίαν interpretatur *the first and principal state of Arabia felix*; quo sensu dicendum erat τῆς πρωτεύουσας, τῆς προηγούμενης. Si genuina est lectio vulgata nec *Homeritis* Arabia memorata erat, mercatores *Ægyptios* Arabiæ partem occidentalem quæ ipsis proxima erat, *primam* dixisse putaveris. Ceterum Azacia Arabibus subiecta erat usque ad ea tempora quibus Portugalli ea politi sunt, atque post eversam horum dominationem denuo sub pristinum imperium redacta est. || — 8. Μοφαρείτης] infra Μοφαρείτης, quod videtur præstare. Μοφαρείτης adjectivum designat Mapharitidis regionis tyrannum, cui Chokebi nomen. Cf. §. 31. || — 11. ἐπιγαμβρίαν] Sic nunc quoque. || — καὶ συνήθ.] κατὰ σ. cod.; em. Fabr. || — 12. τῶν τῶνων] τούτων τ. τόπων Fabricius et h. l. et aliis locis multis, de dicendi genere, quo Noster utitur, parum sollicitus. || — ναὸς πλιόος] Hoc quid sibi velit, ego nescio. Certum testudinis genus indicari, ut Vincentus suspicatur, non est verisimile. *Nauplium*, animal sepie simile, Plinius memorat LX, 49; quod item a nostro loco alienum videtur. Guillaui in *Annales maritimes* 1843, p. 818 species, quæ ex *Zanguebar* regione exportantur, recenset has: « ivoire, résine copal, sésame noir et sésame blanc, millet, cornes de rhinocéros, circ, girofle, huile de coco, olibanum, gomme arabique, gomme-myrrhe, aloès, écaille. »